

5386 senatus | populusque | Romanus | clivom | Martis¹ | pecunia publica | in planitiam | redigendum | curavit.

Romae olim ad viam Appiam extra portam S. Sebastiani, iam in museo Vaticano (VI 1270 videt Henzen). — 1) Clivus ita dictus ab aede Martis sita extra portam Capenam, cuius mentio fit Liv. 10, 25, 58, 28 et alibi, item in titulo VI 10254 (ad Martis intra milliarium I et II). Cf. supra N. 5459.

Clivum Tiburtinum in planitiam redegit senatus populusque Romanus temporibus multo posterioribus, teste titulo quem supra dedimus N. 729.

5387 M. Consius M. l. | Cerinthus¹, | accensus velatus.² | Immunis cum sim³, | ex voluntate mea | et impensa mea | clivom stravi | lapide ab imo susum | longum pedes CCCXL, | latum cum marginibus | pedes VIII, fit quod | stravi milia pedum | 8888 LX⁴. | Iterum eundem | clivom ab imo levavi | et clivom medium | fregi et depresso⁵ | impensa mea regione | Ficulensi pago Ulmano | et Transulmano | Pelecano usque | ad Martis et ultra.

Non procul ab urbe Roma ad viam Nomentanam in praedio la Cesarina, ubi fuit Ficulea, deinde Romae (XIV 4012 videt Henzen). — 1) Idem homo memoratur XIV 4045, 4044. — 2) Cf. supra N. 1955—1957. — 3) Centuriae accensorum velatorum certas immunitates fuisse scimus ex fr. Vat. 138. Talem per immunitatem cum Consio Cerintho licuisset excusari a via munienda, nihilominus sponte et impensa sua clivum hunc stravit. — 4) 340 > 9 = 3060. — 5) Clivum etiam commodorem reddidit meantibus, ima parte eius in altum levata, media parte depressa.

5388 L. Octavius L. f. Vitulus, | C. Rustius C. f. Flavos iter., | IIIvir, d. s. s. | viam integendam | curaver.

Tibure in ruderibus antiqui aedificii, quod villa Maecenatis (sed falso) dicitur, iam Romae (XIV 3667 videt Henzen; Ritschl tab. LXXV k).

5389 M. Avianus M. f. | Coniunctus IIvir | iter téxit, et tectum s. p.

Puteolis, scriptum in altera parte tituli supra N. 5317 (X 1793 partem quae extat videt Mommsen).

5390 M. Iul. Pap. Iustus dec. | col., ob hon. pontif. | campum cum suis | aditibus clusit et | statuam posuit.

Sarmizegetusae rep. (III S. 7985 videt Hirschfeld).

5391 P. Rupilius A. f., | L. Minicius L. f. | duovir. | campum et macer. | ex d. d. faciundu. | coer. idemq. prob.

Marani rep., ubi fuit Cupra maritima, deinde Firmi (I 1421, IX 5305 videt Mommsen).

5392 C. Catius M. f. IIIvir campum publice | aequandum curavit, maceriem | et scholas et solarium, semitam | de s. p. f. c.¹ | Genio coloniae et colonorum | honoris causa, | quod perpetuo feliciter utantur².

Nolae extra moenia (X 1236 ter ut videtur descripta saec. XVI. XVIII). — 1) De sua pecunia facienda curavit. — 2) utantur unum ex apographis, in alio est usibus eau.... in tertio vocabulum omittitur.

5393 L. Tettaienus L. f. | Barcha, | L. Fistanus L. f. [IIvir.] | iter